



ACCHIA
QUESTIO
MEDICO

RA1050

.Z3

1651

c.1

O. n. 2.



1080044824



3.

4.

4.

343

343

PAVLI ZACCHIAE

Medici Romani

QVÆSTIONES
MEDICO-
LEGALES.

In quibus

Eæ materiæ MEDICÆ, quæ ad LEGALES facultates
videntur pertinere, proponuntur, pertra-
ctantur, resolvuntur.

*Opus, IVRISPERITIS apprime necessarium, MEDICIS
perutile, cæteris non injucundum.*

EDITIO TERTIA.

Correctior, auctiorque, non solum variis passim locis,
verum & subjunctis, quæ nunc recens prodeunt,
partibus, OCTAVA & NONA.

De Libris

Spus Bi



Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria

AMSTELÆDAMI,

Ex Typographico JOANNIS BLAEV.

C I O I O C L I I

55423
FONDO DE
DEL ESTADO DE NUEVO LEON

14532

LEONI ALLATIO,

VIRO INTER DOCTOS EXIMIO,

ET AMICO INTEGERRIMO,

PAVLVS ZACCHIAS

S. P. D.

M Earum Quæstionum hæc editio Tua est, ac Tibi debetur; Tuam enim eam effecisti, indefinente labore, ac perenni diligentia, qua usus es; non tantum mihi sed universæ literariæ Republicæ, ut autumabas, rem gratam faciens, si eæ Quæstiones per Amstelodamensem impressorem locupletiores, & auctiores, emendatioresque in lucem prodirent. Hinc facile unusquisque noverit, quanto amore literarios labores prosequaris, quanta anxietate inquiras, quanta fedulitate, ut lucem videant, ad communem utilitatem promoveas. An non hæc doctos omnes obstringere debent, ut unanimi consensu, se Tibi plurimum debere fateantur? Ego quidem quantum in me est, id ipsum & alias testatus sum; ac nihil aliud præfenti inscriptione testari satago. Vale, & me ama.



IN PAULI ZACCHIAE

Med. & Philos. longe Clarissimi

QVÆSTIONES MEDICO-LEGALES

O D E

BARTHOLOMÆI TORTOLETTI.

In libris nova, PAULE, tuis ostenta referunt;
Nascuntur artes seculis
Ignota profici; legum consultum Apollo
Evadit inter Pharmaca;
Ostenditque mederi animis, membrisque mederi
Non esse distincte manus;
Atque ita compositi tractari munia Regni,
Velut salutem corporum.
Est fidum, vocumque patens, & rector Apollo:
At Crevis concordia
Vi legum pariter; neque constant corpora, quando
Humoribus discordia est.
Tu vero reperis, quo denique iungere dextras
Disce facultas utraque;

Seque recognoscit prognatam è semine eodem;
Origini que haud peccat;
Maule animo, & virtute, aetas hac itur ad altas,
Mansura qua sunt nomina;
Famæque grandis sono reboat pulcherrima canit
Æternitatis emula.
Victori Oceani sociare jamque Colombo;
Rerum novarum auctoribus
Nec non Palladius, quorum moralia dantis
Creyere plurimum bona.
Oris nampe vocis pridem orbibus, insuper artes
Novas oriri fas fuit;
Vnde salus vitam melior, meliorque capessas
Republicam securitas.

EIVSDEM ADEVNDEM GRATIARVM ACTIO.

Paule, meæ nam cura tibi commissa salutis
Munere stat magno dudum Receptor Olympi,
Non ego, si qua tuo referenda est gratia facta,
Te dignum quidquam aspiciam sub paupere tecto;
Nec te tangit amor rerum, quæ pulvere constant
Et tenui, Dominam iustæ cognoscere sortem.
Talia nempe movent indoctum & futile vulgus.
Artis opus sublime tuæ est, prolesque perennis
Ingenii, par sola sibi pulcherrima virtus.
Propterea, postquam dace te medicina levavit
Plantas certa meas, gressuque accedere firmo
Mularum dulces valeo securus in hortos,
Cum fructus nequeo, saltem decerpere flores
Non dubitem, atque tuæ meliora innectere fronti
Serta, opibus quam de fluidis, & imagine vana,
Cujus, regali quanvis expalleat ære
Nullus habet fulgor sapientem, nulla cupido
Sollicitum, ni quantum agitat mortalis egestas
Et saturæ parvo naturæ polulat usus.
Dona decent etiam Reges de floribus altos,
Nec plus, quam laurum, Victor Romanus habeat.

Ipse quidem Sophia seu per divortia sacra,
Sive per Aſclepi atque Machaonis aurea rura
Humano faustam generi spatiaris ad auram,
Præclara assequeris solerti indagine plura,
Quæ Natura parens nebula circumdedit atra.
Inde salus agris multo quaesita labore
Antehac exoritur, nec morbi nimbus iniqui
Non adeo passim devictis detonat Austris.
Utque tuum Europam studium vitale per omnem,
Haud Romæ clausum pinnis, ac Tybridis amni,
Commigret, nec fera bonum desideret ætas,

Inventa eximius commendas singula chartis
Noctes atque dies, & amica Pallade gaudes.
Iamque tuæ versant pretiosa volumina curæ,
Intentoque terunt studio præstantia late
Ingenia, haud Aethis tanquam, seu ditis aquarum
Qua glauca Eridani crines obvelat arundo;
Bellatoris equi sed qua pede tunditur arenas
Littoribus longe positis, caeloque sub amplo
Armipotens Gallus, regisque refertus Iberus,
Quique Istrum Rhenumque bibunt. Mirantur, &
alte

In tua veridicam solvant præconia linguam.
Vt Pelusiacas exuberat unda salubri
Consilio supra ripas septemfluvii Nili,
Et procul ad gravidas agrum fecundat aristas.
Dat choreas regio vinum, campique renati
Rident, & largam præsumunt horrea messem.
Sic tua per varias sapientia diditur oras
Ingens ad columen populorum, & dona salutis.

Non utinam tristes morborum expellere labes
Aptum adeo superesse diu te fata reculent;
Non Parca immites præstantis flamma, vita
Aurea convellant; sis longis utilis annis;
Quo valeat mortale genus producere lucis
Vlturam, succisque tuis illudere morti,
Incipiat rarisque dehiscere terra sepulchris.
Quippe hominum virtus, arcto quæ clauditur ævo,
Magnanimum, qua laudis amor patriæque vocarit,
Egregia expedit spatia majoribus orsa,
Et merita extender, meliorque subibit Olympum,
Nec primos facile profici concedet honores.
Hæc tua sedulitas æternum vivere digna est.
Me nihil angit amor vitæ, nihil, optime Paule,

Pro

Pro me tale loquor: sat me fortuna rotavit
Immanis; neque spes fuerat tam longa morari
Tempora plorandi: quid adhuc super halitus extat?
Davidicos ternis superavi messibus annos.
Ni quod me afflicta domui succurrere Numen
Permittit, donatque dies commissa luendi.
Certe non vivit, quisquis suprema senectæ
Contingit gelidæ confinia. mors ea longa est,
Infandaque lues, & dira pericula torquent.
An scis, quam sæde fuerint me aggressa diebus
Anteactis summo in Templo crudelia fata?
Dicam equidem, mens quamquam horret memo-
rare laborem.

Tempus erat, primo bijuges quo vespere Titan
Oceanus feras obvertit fessis ad undas,
Iamque Deo laudes nitido, de more, sacello
Ora sacerdotum dederant, de limine gressum
Educo, mediique peto penetralia Templi.
Est locus ante fores libratis undique septus
Parietibus, Boreæ flatus & frigora contra;
Verum lucis inops, dubiaque oblectus ab umbra,
Quò magis è clara procedunt æde pupillæ.
Hic paulum affrigens medium importuna sedile
Dextra puellarum stolidas de plebe locarat:
Stabat turba frequens, ego recta, haud objice viso,
Incedo. cras præteritæ vi debile cladis

Offendit, nec stare potest. tum corpore toto
Improvvisus humi ruo, pars afflicta sinistra
Est capitis, supraque oculum crudelis, & infra;
Vel cute refracta, multum deſcivit ictus,
Ossa dolore labant, omnisque fatiscit anhelans
Compages; lævum texerunt sydera tempus.
Sic jacui, scopulo veluti cum remus acuto
Frangitur, & tarda consedit pinus in alga.
Qui fuerim mihi quæ steterit sententia menti
Tu reputa; pudor, atque malum, vitæque periculum
Summis ante oculos concussis turribus ibant.
Hoc aliquot se res habuit mœrore diebus:
Non caput interea molles admittere somnos
Est potis obductum noxii, non quassa reclinat
Tempora, nec metam norunt attingere noctes.
Te tamen acciri vetui, tantoque pepercit
Auxilio, mea te quamquam nil causa fatiget
Nullum aspernantem chari discrimen amici:
Te majora manent: successu scilicet isto
Sat famulas adhibere manus, atque unguine læsi
Informes oris tumulos liniere benigno.
Iamque ita convalui; medicus subvevit Olympus.
Sic miseri afflidus jactamur casibus, ullus
Nec locus, aut brevis subito vacat hora periclo;
Et sons, aut insons nocet ægro femina mundo.

IN QVÆSTIONES MEDICO-LEGALES PAULI ZACCHIAE,

Medici Romani, atque omnium præstantissimi.

ANTONII NARDI DISTICHON.

*Quod Medica sis arte potens, Legumque peritus,
Paule, quid est mirum? talis Apollo fuit.*

IN EASDEM DE MONSTRIS, Epigramma Eiusdem.

Monstrorum Iura & causas domi, Paule, re-
censes,
Majora an Monstris Monstra creare studeas?
Sedibus, ut video, superis Aethra relatis,
Excolit alma tuos, te revocante, lares.
Quam tuus excipiens Epidaurius Auctor, & Hospes
Muneris affluem, te ducere, possit, habet.
Seque inter certans, valeat quod dicere quisque;

Nunc Dea sit Medicus, sit Medicisque Dea.
Hisque diu assiduus Tu proceptoribus usus,
Ecce dedit mandato necis utrumque decus,
Felix sorte tua, cui iungere contigit uni
Tam bene posse Deum, tam bene posse Deam.
Ingenio tandem quis surgere posse negabit
Semivivumque Deum, semidivumque virum?

FRANCISCI ROGERII

Philosophiæ Moralium in Romano Gymnasio Professoris.

Harmonica ceu lege salit vena ignea toto
Corpore, quam si vel tentet Hygeia manu,
Quæ sit temperies, vel quæ discordia parvo
In mundo, vigili protinus arte notat;
Sic animam legum abstrusam, viresque latentis
Indicat ingenii vividam vena tui,
Vena, salit toto Latii quæ corpore Iuris,

O decus! æternis fusa voluminibus:
Per te, Paule, Iovis mentem collustrat Apollo;
Et pulsu vivunt Romula Iura tuo.

DISTICHON.

Paule, regis Medicæ Leges, at Legibus Orbem
Roma: triumphat, Orbem tu quoque pœne regis.

* 3

D E



DE PAVLO ZACCHIA,
VIRO CLARISSIMO,
QVÆSTIONES MEDICO-LEGALES

Scribente,

GASPARIS DE SIMEONIBVS
O D E.

O Que, Diva, perennis
Certe carminibus Phyllyridem sequi,
Salvus qua pede Theſſalos
Percurrit celeri, Pelion asperum
Forti dum verit angula:
Illum seu videas ſila Sororibus
Tardantem facili manu,
Doctum non docilis jura reſigere
Letibi, per medicas opes,
Succis dum retrahit ſata ſalutibus:
Seni max legibus inſtruat
Mores, juſtitia, & Conſilii ſerax;
Callens que ſerat imperi
Vis lenis populis jura volentibus:
Equis te ſuor impotens
Vni, Muſa, vocet ſemiſero Seni?
En, quo te meritam vocat
Vrbis, ſeptemgeminis ardua collibus,
Clarum laude Machabonis
PAVLVM, nec Themidis degenerem, cane;
Semper cui vigor, & ſalus
Hærent, & genius lætitia innocens:
Arms Pecunis potens,
Victor letiferis bella movet malis,
Mortem fallere certior:
Viventem ſegetem trans Stygia Portitor

Diti pareius advehit,
Præceptam hic Erebo quam bonus eximit.
Hujus nec recreat minus
Languentes animos cura potentior,
Aſtræ decus, & fidem
Que jam Phœbigenæ conciliat Deo:
Fraudis ſic maciem form
Virat, nec dubio judicium æſtuant
Morbo; ſic domitum nefas,
Eranſi nec metuit formior æquitas.
Hec ſi dona precantibus
Olim, PAVLE, ſeras, proximus arceat
Anguem Roma Epidaurium,
Alicæque natus Pallada ſoſpitam;
Vnum teque adytis colant,
Vni crebra tibi viciſſima concedat.
Vos, ô, que Latius jugis,
Vos, que purpurei maragine Tybridis,
Late germina, Oreades,
Et veris legitis munera, Najades;
Dilecto capiti decus
Dilamnum & Panacem nœſtite Lanteis;
Æquus ſurget bonus Viro,
Si, quem non ſolita vis ſapientia
Cultu nobilis ambiat,
Serrum non ſolita fronde revinxerit.

PAVLO ZACCHIAE
VIRO CLARISSIMO,
Librum ſeptimum edenti,
LÆLIVS GVIDICCIONVS.



Xegisti monumentum ære
perennius ad ſeptenarium de-
venisti opus, qui ſacratiffimus
eſt numerus in arcanis oracu-
lorum. Mirandus eſt ſemper,
quanto magis in his, que por-
tentia ſunt? eo ſane mirabilio-
ra, quod tua digna erant ad
quæ auri pretio unuſquique
cordatus accederet; nunc & ſine pretio, & cum
gratia viſuntur. At tu prodigioſus es, mi Paule, in
tractandis monſtris, mira doces, qui generi huma-
no prodes miſericæ vel in noxiis, quæ declinari nec
poſſunt. Non Hercules tantum præſtitit, domitor
ille monſtrorum. Tibi vero nequaquam ulterius
procedendum immortalitatis gratia; nam ſinguli
tui labores cæteros vincunt, poſtremus te ipſum.

Nonne ſummus ipſe Naturæ Conditor die ſeptimo
ab operibus requievit? Bonum omen; Tibi Naturæ
abdita promenti, bene requieſcendum fuit à labo-
re jam ſeptimo. Ecquid amplius negotii faceſſat
tuæ Arti Natura efforta, quæ ſpumat noxia, & in
Monſtra degenerat? Tu autem Obſteritior more,
ac Nutricis charitatem omnem expletis, artem
præſteris multiplicem, ſcientiam omnigenam in
Monſtris omnigenis exhibendis. Cæterum publico
bono tu naſceris, dignus, qui publico honore non
excidas. Nam univerſo iſto tuo laudatiſſimo, ac lon-
ge lateque extra Italiam circumactæ ſeptem volu-
minum complexu, quaſi compacta eruditionis
ſphæra, duobus veluti inſiſtis poliſ, omnem hu-
manæ vitæ rationem omnino regentibus. Homi-
nes quippe, & animo conſtat, & corpore. Cor-
pus medicæ artis beneficio ſervamus, Animum In-

115

is imbutum prudentia, rebus arduis & cenſendis,
& peragendis reddimus parem. Tu circa utrumque
verſatus, ſcientiam conſas Medico-Legalem, &
perficiſ. Quid univerſorum beneficio aptius, quid
ſalubrius à viro & Hippocratem, & Juſtinianum,
prodigio velut bicorpore contrahente, poterat ex-
pectari? omnia ſinguli debemus tibi, cui de-
bemus quod bono Regi, & Medico optimo de-
beri ulquam poteſt. Nec ſane ita diſſonum à re
medica Regum dixerim, ut fidem negem ſapientiſ-
ſimo omnium Regi, qui virum populis in-
ceptum medendis, eam unam ob cauſam, regnan-
di facit-exortem. Age, mi Paule, ceſſandum
eſt; & tute in oſtenta deſiſti, qui poſtrema hac ſec-
tura ſane monſtroſa, & nobilem te, & geminum
faciſ. Vives geminata ſorte immortalitatis. Volita-
biſ per ora virum gemina ſublimis pluma. Non tan-
ti fuerit Medico-Reges veſtri illi Avicenna cum re-
liquis, quorum nomine Arabia ſuperbit, ſe ipſa ſec-
licior. Neque tu, ſi ipſa Phœnicis pluma nitaris, al-
tiore volatu, ac perenniore inſurgas. Nam calamus
iſte tuus, & inde ſublimis, qua ſcite hæret terreſtri-
bus, ſive conſtat, tuto & cum dignitate procedit
vel in humilioribus; non præpeditus indagine, non

varietate diſtractus. Cætera ſileo; id aſſero mirum
de te. Plerique docti in agenda re una, multiplici-
tate delinquant, variabiles ſunt. Tu, quicquid va-
rietatum amplecteris, quæſtionem tuam ſemper
reddis unam; & quocumque in eadem diverſas,
quantumcunque deſectas, & quidem ultro, licet
multum in alieno progredi videaris, continenter
tuam cauſam agis (tua porro cauſa noſtra eſt,) u-
nus ſemper idem legenti, fixus in re, in te ipſo con-
ſiſtens, à via declinans, ſed non aberrans à negotii
conſtantia. Quod autem tuum ſit negotium, ſatis
mihi dictum volo. Iſtuc addo; quoniam gratulatio,
& gratiarum actio ex uno grati animi fonte proce-
dunt, te in utroque haberi à me lucenter; &
quod tuum publice eſt meritum, quod privatum of-
ficium, meæ te obſervantiæ nomine non fraudari.
Vale, per quem cæteri valent. xviii. Kal. Octobris.
c i o i o c x x x i v.

Ad eundem. Idem.

*Inſula ſimul diverſa, nunc dant ſurgere Monſtrum.
Iungit Monſtra liber; prodigioſus erit.
Tu Sophiæ in te uno jungis miracula; dignus
Monſtra cavens, inter prodigia ipſe canis.*

Ex

LEONIS ALLATI
APVM VRBANARVM
RECENSIONE.

PAVLVS ZACCHIAS Medicus Roma-
nus edidit,

1 *Quæſtionum Medico-Legalium* lib. I. Romæ
apud Iacobum Maſcardum 1621. in 4. Continet,
I. De ætatibus, II. De partu legitimo, & vitali.
III. De prægnantia, ſuperſtatione, & mola. IV. De
morte cauſa partus. V. De ſimilitudine, & diſſimili-
tudine Naturæ. Quid in his Zacchias præſtiterit, ex
hoc vel ſolo tractatu, non luris tantum, ſed aliarum
etiã ſcientiarum conſultiſſimus Clemens Merli-
nus, Romanæ Rotæ Auditor, in Romana Dotis, ſeu
Filiationis ſub die 11. Decemb. 1634. teſtatum fe-
cit. Scribit enim; *Erudite, ac luculenter docet D. Paulus
Zacchias Quæſt. Medico-Legal. tom. I. tract. 5.
quæſt. 4. per totam; ubi monet ſimilitudinem naturæ
non eſſe levem, ut aliqui ex Iuris-Conſultis autuma-
runt, ſed immo urgentiſſimam conſequentiam: quia hu-
juſmodi ſimilitudo non à ſimplici imaginatione, ſed magis
ab inſiti temperamenti convenientia regulariter præſciſci-
tur, quod philoſophici rationibus oſtendit.*
2 *Quæſtionum Medico-Legalium*, lib. II. Romæ
apud Facciottum 1625. in 4. Tract. I. De De-
mentia. II. De veneniis. III. *Inleges Aliquot, ſ. de
Ædil. edicto.*
3 *Quæſtionum Medico-Legalium*, lib. III. apud
eundem 1628. in 4. Tract. I. De impotentia coim-
di, & generandi. II. De morborum ſimulatione.
III. De peſte, & contagio.
4 *Quæſtionum Medico-Legalium*, ibid. apud eun-
dem 1628. in 4. Tract. I. De miraculis. II. De
Virginitate, & Stupro.
5 *Quæſtionum Medico-Legalium*, lib. V. apud
eundem 1630. in 4. Tract. I. De Iejunio, & Qua-

*drageſima. II. De vulneribus. III. De Membris, eo-
rumque mulatione. IV. De Aere, Aquis, & Locis.*
Quæ editæ ſunt etiã Francofurti in 8. & Lipſiæ
apud Eliam Rehfeldium, 1630. in 8.

6 *Quæſtionum Medico-Legalium*, lib. VI. in 4.
Tract. I. De Medicorum erroribus à lege puniſſibus.
II. De Tormentis, & Pœnis. III. De præcedentia in-
ter Medicum, & Iuriſperitum. Romæ apud hæredes
Facciotti. 1634. in 4.

7 *Quæſtionum Medico-Legalium*, lib. VII. in 4.
Tract. I. De Monſtris. II. De Officiis divinis. III. De
debito conjugali. IV. De Stygmibus Magorum. Ibi-
dem. apud Manelphum Manelphium 1635. in 4.
Italice vero.

8 *La tradazione della Fenice di Lattantio Firmiano in
ottava rima.* Romæ apud Carolum Vllietum 1608.
in 4. Editur aliquando.

Miſcellanea.
*In Cardani Librum, De malo medendi uſu Antipra-
dicas Animadverſiones.*

*Reſponſorum Iuridicorum, & Conſultationum Medi-
carum.* Volumen in duos libros diſiſum.

*De ſubſitu, & inſperatis mortis eventibus, eorumque
præconitione, & præconitione, librum unicum.*
*De maculis in utero à fetu contractis, que vulgo di-
cuntur le voglie.*

De quiete ſervanda in curandis morbis, lib. III.
De Affectione hypochondriacæ.
*De ſacra Scripturæ miraculis phyſicam conſideratio-
nem. lib. IV. Italice item,*
*Delle paſſioni dell' animo, e de i mali, que da eſſe pro-
cedono, della lor cura tanto ſiſica, quanto morale, lib. II.*
Della Birra, ô Ceroſa, Diſcurſum Medicum.

* 4

Del

Del Contagio, oue si proua il Contagio esser men date-
mersi di quello obe si teme, Discursum.

Del vicer Quarlesimale cioè modo come senza nocu-
mento della sania si possa obseruar la Quarlesima, Ro-
ma.

Del Bacio. Discursum.

Del Risò, e del Piato, lib. II. Ejus cum laude me-
minerunt Confalvus Durandus in Revelationes S.
Brigitte, Melchior Lottherius De re beneficiaria,
Carranza de Partu naturalis & legitimo, Augustinus
Barbosa de Officio & Potestate Episcopi, Vincen-
tius Allarius Crucius in Historia factus, Ioannes Pa-
ber de Animalibus Indicis, Daniel Sennertus Pract.
lib. 4. & Hypomnem. Phys. Franciscus Antonius
Sgambatus in Insit. Petrus Castellus in Epistolis,
Epist. IV. illi inscribit, vocatque Medendæ præstan-
tissimum, Marcus Aurelius Severinus de recondita
abscellum natura lib. 4. Medicorum, & Iure Consul-
torum Mercurium appellat, lib. 6. cap. 4. Sed de hac
omni re cumulatissime, ac perquam exquisitè dispu-
tat inter omnes Paulus Zacchias, Medicorum & Iurispru-
torum Hermes Italicus, Stephanus Rodericus Castren-
sis in lib. Hippocratis de Alimento, Sola inter omnia
animalia mulier esse incertum parienti tempus: quam ta-
men sententiam eruditissimus Paulus Zacchias doctissime
infringit; spero fore doctos homines, qui apud illum hanc
controuersam legerint, ab antiqua heresi libenter disces-
suros. Qui eum Carminibus quoque cum tali Elogio
cōhonestavit. D. Paulo Zacchia Viro præstantissimo
Quæstionum Medico-Legalium Auctori celeberrimo, in
alma Vrbe Latino laudatissimo, omni litterarum genere or-
natissimo, cuius fama, nomenque longe, lateque commu-
ni Iure Consultorum Medicorumque applausu peragatur.

Paulus erat quondam, Medica qui floruit arte;

Legifer insignis Paulus et alter erat.

Mira loquor Paulum superat nunc Paulus utrumque,
Sen medicas artes, seu sacra iura colas.

Aliud.

Extulerat magnam Iuris prudentia Celsum;

Alter erat Medica Celsus in arte potens.

Dat nunc Roma virum, non Celsum nomine, sed te;

Ille autem duplici nomine Celsus erit.

Aliud.

Gaudent Iura sibi Medicas connectere Leges:

Qui queat hoc, Medicus Iure peritus erit.

Iure tibi duplex debetur, Paulus, corona;

Non tamen ex facili est utraque lecta iugo.

Celeberrum quoque Poëtarum Italicorum, Anto-
nii Bruni, Francisci Balducci, Thomæ Stilianij; Ia-
cobi Philippi Camolæ, Ioannis Baptistæ Caroli,
Philippi Tomacelli, & aliorum præconio laudatus.
En Lector ad eundem optimam optimi Senis Sep-
timali Epistolam, Paulo Zacchiæ Medico præstan-
tissimo Ludovico Septimali S. Serius, quam par ef-
fet, litteras tuas, & librum accepit: que enim III. Id.
April. date sunt, Id. Septemb. sunt allata. moram igitur
meam ne accuset: neque enim, quod tardius rescripse-
rim, quod cessauerim, arguendus sum. Sed voluit fortasse
sinsistum aliquod numerum inter ingenti tui celere impetu,
tarditatem aliquam commiscere, tantam forem dedi-
gnans. Verum feliciter mixtura propitia snyder vegetos il-
los mentis tue spiritus maturiori, & tardiori prudentia
temperatum: unde emergit robustus ingenii vigor scriptu-
rarum, imo consiliorum omnium argumentum. Laudo
igitur in libris tuis duo hæc, in indagandis controuersis
solertiam, in euadendis maturitatem. Quin illud dignus

est, & non vulgares exposcit laudes, quod præstantissimas
animas facultates, à quibus gubernantur, & seruantur ho-
mines, nempe Iuris prudentiam, & Medicinam olim in-
ter se de principatū concertantes, amico & certissimo fo-
dere, quasi sorores inter se unierit, ut & leges statuat Me-
dicina, & Iuris prudentia medicetur. Itaque Iudex &
morborum peccata, litesque concertantium humorum cog-
noscat, & remedia præcipiet, & ex aduerso foro, & tri-
bunali donati Medicinam, nec immerito quidem, quo-
nam & Lex ipsa est animorum medela, ac Medicinam
vere dixeris corporum legem. Ita, & medentur utraque
& leges amba constanunt, & iudicant. At vero & li-
tere tue quamvis omni ex parte mihi gratissime, ea et-
iam ratione gratiores fuerunt, quod te hominem jam an-
tea ex editis voluminibus notum, etiam hac, que absenti-
bus conceditur ratione, scilicet per Epistolam cognouerim.
Laudes vero, quibus me, ut amicus potius, quam ut se-
ueri rerum estimator ornare voluisti, si mihi non gratif-
simas fuisse assererem, non sensibus meis non assensuram,
sed me etiam à communi hominum ratione sejungerem;
quibus omnibus placet aptissime suavissimum hoc melos:
cum vero à laudatis proventi vixit, tunc demum omnem
secum afferri iocunditatem, cui nescio an altam potem ha-
beat quantum est orbis. Tertii hujus voluminis aliquam
partem jam legi, tribique gratulor, quod licet in jam edi-
tis posses celebris esse, hoc tamen tibi gloria accesserit cu-
mulus major. Prosequere igitur, Vir præstantissime, quo
amplexus es literas studio. Licet enim huc usque mul-
tum creverit Medicina, sus tamen abs te etiam reci-
pi accessiones. Interim me ama, & Vale. Mediolani
X. Kal. Octob. MDCXXXVIII.

Nos quoque tanti Viri absolutæ doctrinæ, ac
perfectæ eruditioni ita scripsimus,

Χερσὶ νόμῳ τε Θεοῦ πικρῶς ἐπιβάλλοντο Φῶτα,
Ὡς ἡμῶν ἀεγνίων, καὶ χυτῶνιοι μετέχου.
ἀλλὰ μὴ ἐχθρῶ ἀσσοῦ, πῶρον τ' ἐπὶ πικρῶσι πῆμα,
Χερσὶ νόμοις βλάψας, ἀφραδίαισι νόον.
καὶ Θεοῦ ἀνδρῶν ἀξίον ἵπτατο εἶλον, Νομῶν τε,
Νόον ἀνεοῖ νόον, ἀπεργάσι δὲ νόμοις.
ἐνθ' οἱ μὴ ἴσμεν, Παιῶν ὄντερον ἴσας
ἀρσι. εἰ γὰρ ἐπὶ νόμῳ ἴσα συμφορῆσαι.
Πῶλα ἄνεσοις, καὶ ἐνομοῖς ἐργῶσι Θεμῶν
εὐφροσύνας νόοις κλάσσει ἐν ἐπιπέδῳ.
Χρῆτες ὄσση δέμωσι νόον, καὶ ἀνεύμασι πῶσον
Πῆμα νόοις τέχνην ἀδιστρέσασθ' ἐχθρῶ.
Ἦσα νόμοις ἰσῆας Φαῖνδ' ἰσοχρῆσιν ἀνέσων,
ἰάται δὲ νόοις ἡαοδίκων μελέων;

Ea ita latine reddidit Iacobus Philippus Camola.

Mentem homini corpisque dedit Deus optum us olim,

Aetheris ac Terræ citis ut ille foret.

Dira lues corpus, simul imprudentia mentem,

Polluit: atque homini sic malus hostis obest.

Ergo dedit Medicam Deus artem, Iuris & artem.

Consultis hæc menti; corpus at illa iurat.

Scitatum hi Themidis natos, Pæanis at illi

Pergebant: unus omnia scire nequit.

P A V L V S ac absoluit septem cum laude libellis

Artis opus medica, Iuris & egit opus.

Lex ubi corporibus, reddit medicina salutem

Mentibus, & varias ars obit una vices.

Mentibus an Leges Medicus non pandit? an vltro

Laesa pari Iudex non ope membra iurat?

Retulit mihi carissimus Naudæus, Parisensem Ad-
vocatum cognomento Fuzelleum in lingua Gal-
licam Quæstionum Medico-Legalium versionem
conficere.

PAV.

PAVLO ZACCHIÆ

Medico celeberrimo,

GABRIEL NAUDÆVS

S. P. D.

Statim atque à Viro integerrimo, & utriusque
nostrum amantissimo Baldo Baldo, literas
tuas una cum exemplo libri septimi, & pos-
tremi tuarum Quæstionum accepit, Paule
Zacchia, Medicorum consultissime, eodem atra-
mento, quod in calamo meo reliquum erat, ex in-
genti illo & laborioso opere de studio militari, quo
nunc, Diis, ut spero, bene faventibus, defun-
gor, has ad te literas exarare mihi visum est; qui-
bus hoc unum etiam, quod jam diu præ mani-
bus habebas, gratulor tibi, tam præclare felici-
terque absolutum, ut præsentis tuæ gloriæ vivus in-
teris, & future etiam conscientis nihil ultra mereri
possis vel optare. Paucorum est, meo quidem ju-
dicio, tam rara & inusitata felicitas, multos
enim, quos ingenium committitur, deserit materia;
& quibus illa favet, parum istud propitium est;
aut, si utrumque contentat ad laudem, aliquid ta-
men aliud officit ad æternitatem: tuæ vero quæ-
stiones cum subiectæ sint varis, sine nobilibus, usu
iplo necessaria, tantum insuper illis ornamentis ab
ingenio, tantum soliditatis à iudicio, tantumque
ab improbo labore eruditionis conciliasti, ut su-
perbiam, meritis tuis quæsitam, haud injuria su-
mere possis, & ita de te ipso sentire & loqui, qua-
si monumentum exegeris ere perennius.

Quod non imber edax, non Aquilo impotens
Possit dirivere, aut innumerabilis
Anorum series, & fuga temporum.

Quamdiu enim divinæ & civilis prudentiæ le-
ges ad Hippocratis auctoritatem provocabunt, &
Imperatorum juxta ac summorum Pontificum san-
ctiones, Medicorum Consilia, tam libenter au-
dient, quam honestum semper erit, & utile, ut il-
lis multum concedant: tandiu, Paule Zacchia, no-
men tuum in immensæ gloriæ fudo conquiescet,
tandiu, quod nunquam alteri contigit, arbiter eris
eorum, quibus de reliquis arbitria facere concess-
um est.

Atque erit in triplici par tibi nemo foro.

Et sane, cum hujus tui laboris, quo nullum
censéo vel Republ. à gravissimis difficultatibus ex-
plicandæ convenientiorem, vel illustrandis legum
ac medicinæ studiis, que plurimum jam provecta
sunt, aliorum industria majorem aut meliorem af-
ferri potuisse, tales Encolmiasas nactus sis, qui-

bus præstantiores non in Vrbe nec Orbe invenias;
miror profecto majorem in modum vestram om-
nium fortunam, qui ita simul convenitis, ut, quod
tu omnium optime fecisti, illi etiam optimi om-
nium non probarent modo sed laudarent. Equis
enim in pangendis verbis felicior Lælio Guidicio-
cione, accuratior & tertior in oratione Gasparo
de Simeonibus, fecundior in utrisque Bartholo-
meo Tortoletto, & uberrimis artibus ac scien-
tiis ornatior Leone Allatio? Disperam, mi Paule,
si quidquam à magnis illis animabus venit, quod
statim Melpomene non respiciat, quod Venus
quinta parte sui nectaris non imbutat, quod Cha-
rites suis amantatibus non exornet, quod apes
iplæ non perfundant melle, non intexam floribus,
non compleant omni suavitate. Sed nolo hic vires
suffragari, quorum fama, extra judicium a-
leam constituta, suis & aliorum laboribus pretium
addit & commendationem; nec virtutes tuas tibi
prædicare; quarum cum invidiam fetas illas pro-
fecto ignorare non potes. Miror potius, quosdam
homines esse tam fatuo palato, ut parcius laudatum
velint illud opus tuum præclarum & immortale,
quod ejusmodi tamen Quadrumviris rei literariæ
probatum est, quod Gallos in sui amore & ad-
mirationem perlexit, quod à Germanis semel at-
que iterum exultum est, & quod omnibus, tan-
quam si Phidiæ simulacrum esset, simul aspectum
fuit & probatum. Sed non ista mihi res videtur,
quam gravi & iniquo animo ferre debeas; multis
enim displicent rosæ & ballama; quosdam sol of-
fendit, alios vita ipsa; quibusdam etiam pluvium
atque sudum æque molesta sunt; quid igitur ad te,
si in quosdam Timones & Zollos incidaris, qui
non eodem sensu tuos labores excipiant, quo bo-
ni omnes & eruditi, quorum vera est, & constans
opinio, omnia in his tibi ita pulchre & ex voto ac
merito cecidisse, ut nec malevolorum invidia,
nec quidquam aliud intervenire possit, quod tan-
tam felicitatem interturbet. Cæterum, dabis bo-
niam incultæ dictioni, quam festinans exaro, ne
eadem animi promptitudine gratias tibi retulisse
non videar, qua & librum hunc ad me tuum trans-
missi. quo munere nescio, an aliud unquam fuerit
mihi gratius, aut incundius. Vale. Dabam Reate,
x. Kal. Jan. MDCXXXV.

Excel-

Excellentissimo D. Doctore

PAULO ZACCHIAE,

Medico Romano,

Summæ Medicinæ antistiti.

Miraberis fortasse, eruditissime Zacchia, quod ad te ignotus scripserim, & præferim tanti nominis virum. Verum, si ad hujus calcem Epistola perveneris, invenies profecto, si ignotum, saltem tui amatissimum, & acerrimum tuarum laudum propugnatores. Cum videndi questionem tuam Medico-legales jam diu desiderio exardescerem, quarum mirificam doctrinam omnis Medicorum chorus unanimiter suscipit & veneratur, ecce convenio bibliopolam, qui, cum me doctorum librorum belluonem agnoscat, in manus meas obtulit statim opera tua, quatuor in libros parita, Lipsiæ in octavo excusa. Ea emi, vidi, legi, obstupui: nec enim putabam in nostræ professionis hominibus tot diversarum facultatum dotes eximias posse cumulari. Arbitrabar enim, quod de te constantissime concipiunt omnes, & scientissimus Stephanus Rodericus Castrensis, Pisano Academiae primarius, Professor pleno ore, prædicat, me non minus eorum multijuga lætione, quam multiplici eruditione delectatum iri. Verum superavit præsentia famam: invenit siquidem non sculariam ac trivialem in eis doctrinam, sed qualem Hippocratis, aut Vipsiani, Græcæ antiquitatis, fuisse memorant: nam in his scientiis adusque miraculum cæteros excellit; cum sis, mirum dictu, in auctorum lætione versatissimus, quoniam graviter dissertas, subtilissime objicis, & ardua atque hæcenus non temata dubia, omnium primus in argumento novo patefacis, aperis, emendulas. Reliquum est, si quantum librum, quem te scri-

pturum polliceris, in quo de monstris, ut audio, agis eximie, pro liberalitate & tua in doctas humanitate, mihi remittas: nam erit senectutis meæ solatium: nec enim per Venetias aut Pisas tibi deerit occasio. Pro honorifica vero illa mei nominis mentione, quam ingenue nimis operi tuo postremo inseruisti, gratulor tibi, & summam gratias ago, hoc ego facere spesitum conor in quadam mee suppellectilis sætura, nempe lib. de medic. Princip. Histor. 3. qui jam sub prælo gemit (nam secundum ejusdem instituti propediem lucis usura fruetur,) in qua tuam prædico scribendis faciendam, tuum miris laudibus ingenium extollo ingenium, tuam eximiam & raram doctrinam variis præconiorum titulis collaudo, & tua auctoritate librum præferim tertium exorno. Cum videris secundum, qui citissime prodibit in lucem, sicut tertium, & alios, alterius argumenti libros, & præxim admirandam, que applausu in tota Europa sunt excepta, prostraque Venetiis, Pisis, & ubique ne despicias: nam inter gæneatas dapes vilis quandoque jureat atque appetitur olea. De cætero enixe precor, ut festinanter rescribas, rogans, thesauros residuos, quos domi te habere omnes norunt, expandas tuos, quibus unquam medicorum tribus fecundetur. Vale ergo amatissime Vir, & Zacutum tuum amare ex animo perge, nam & ego te, ob præclara tua animi & corporis insignia, ex toto corde redamo. Vale iterum, Æsculapius ipse meus, & medicinæ decus. Amstelodami, 10 die Novembr. 1635.

Tuas manus Illustres non semel
exosculatur

ZACUTVS LVSITANVS, M. D.

E I D E M

VIRO OMNISCIO.

Vulgare est, Vir Clarissime, ut, qui Paulo ferias ad amicorum literas respondeant, nimias suas occupationes excusent. Ego vero, quo minus mature ad te scripserim, non tam culpam confero in occupationes, quam ne ipsæ quidem mihi studiorum negotiis occupatissimo defuerunt, quam in loci distantiam, & tabellariorum negligentiam ac penuriam, sed relicta his, accedo ad negotium. Valeo, vivo, Dei misericordia: & licet senex sim, animo tamen consto alacri, ad subeundos labores promptissimo. Et, cum vivat post funera virtus, in publicandis aliis operibus meis incessanter infudo. Sex libri Historiarum, ad umbilicum perducti, applausu sunt excepti in orbe toto; cum eorum doctrina incompta sit, inermis, rudis, & nullam mereatur laudem. Prostant Venetiis, Parisiis, sed præsertim

Lugduni Gallorum, quo loco Praxis Medica admiranda, ex secunda impressione, lucis jam fruitur usura, & ad omnes Italiæ Academiis accessisse, admonitus sum. In iis omnibus tuarum laudum, ut videbis, sum vocalissimus præco, at, ut vereor, inconcinuus: nam cum questionem tuam (earum enim quatuor solum libros habeo, alios anxie expeto, non invenio,) varia & plusquam medica eruditione re-fertos lego, obstupesco, contremisco: tu enim in illis delineandis cæteros nostræ artis antistites ita excellis, velut inter ignes luna minores. Ob hanc causam auctor fui plurimus Iuriconsultis, Theologis, & Medicis, ut tam gratiosa doctrina, utili, necessaria, affabre conscripta, potirentur: fama enim es magnus, scriptis certe major. Quod si illis ad plenum mihi frui liceret, vel superbiendi fortunæ medium unguem porrigerem. Quod reliquum

quum est, ut, si me amas, & te à me amari desideras, cætera tua opera mihi devehenda cures, in illis enim revidendis hærebo dies noctesque. Ego enim, in illustrandis Historiis licet totus sim, hæc omnia post terga rejiciam, cum præ oculis sit unus Zacchias, Æsculapius ipse meus, & qui mihi est mille instar omnium. Historiæ meæ exornantur praxi, quam tribus tomis graphicè ex polire intendo. Sicut enim domus sine recto absoluta non est, sic illud opus sine praxi, mutilum erat futurum, ac prorsus nullum, quare in septimo libro, qui jam sub prælo gemit, de curatione morborum capitis discepto. Cum tuus de Morbis Hypochondriacis liber sit integer, quæso per Venetias illum mihi communicare ne graveris: illico enim Praxin Historiarum tibi remittam. Misit ad me D. Iosias Floretius, Vir Doctissimus, & utriusque nostrum amicissimus, Epistolam hanc, ad te scriptam. Videbis

hominis eruditissimi ingenium excultum, & mores candidos. Ego nil habeo, quod ad te mittam, nisi memetipsum. Incirco in nostræ amicitie firmissimum testimonium effigiem meam ad solertissimi ingenii tui aras appono: gradem honorem merebitur, si in Museo tuo sit appensa. Liber Octavus Praxeos Historiarum, qui de Curatione Morborum differit, qui partes vitales, naturales, genitales, & inferiores infestant, cito excudetur. Rem mihi gratissimam feceris, si Epistola tua in limine libri apponenda hunc Tomum illustres: nam septimum exornat alia à D. perecebrari Parisiensis Renato Morello conscripta; ut sciant omnes, te studiosos viros redamare ex corde. Vale ergo, chori medici fulgentissimum jubar. Rogo, ut te ipsum ames: si hoc feceris, me quoque amabis, ita enim vulgaris noster amor exigit. Ex Museo nostro, Amstelodami, 2. Sept. 1639.

Tuus, per saxa, perignes,

ZACUTVS LVSITANVS.



LECTO.